

nedum in his, at in alijs omnibus oculos magis aperit quàm litera quæuis, vel descriptio.

De muria. CAP. X.

NVperrimè duarum salis descriptionū feci mentionem, murię videlicet, atq; sicci salis. De muria primùm est q̄ sciat, huic inesse vires maximas exiccandi quascunque superfluas humiditates, imò plus vna hora quàm siccū sal vno mense valeat; quamuis etiam istud reductum sit in muriam, non tamen potest vnquã præstare quod naturalis, vtpote humidã curare podagram, hydropisim, humidosque tiliarum quoscumq; tumores aliosq; , ac summam leprosos liquores non naturales consumere, si postquam à calore suo temperata fuerit, vt æger insidere tamquam balneo queat absque læsione. Murię p̄fectionis experimentū oyo in ipsam iniecto fit supernatante. Animaduertendum tamen est, eiusmodi balneum non nisi obesis natura proficuum esse corporibus, macie tamen attenuatis à natura, minimè consulendum, quòd nimiùm exiccet. Si fortè post vnam aut alteram bal-

Q 3